Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



257

singularitē. Deinde apostolis omnib: nec illis tunc primū sed iam
ut similiarius conuersari cū eis. usq: ad diem ascensionis suae;
Nouissimo autem omnium inquit quasi abortiuo apparuit et mihi; sed hoc
iam de celo. post non parū tempus ascensionis suae. nunc iam uide
mus qd distulerunt. Cuius mirae gratiae secūm matthaeū et marcū
resurgens. Iam mandauerit. praecedam uos in galileā ibi eum uidebitis.
Qd sic cōpleū. ē. tamen post multa completū est. Cū sic mandatū sit.
quamquā sine praeiudicio cessitatis. Aut hoc solū. aut hoc primū
expectarī. fieri debuisse. Proculdubio ergo qd uox. ē. ista non
euangelistae narrantis qd factum sit. sed angeli ex mandato dni.
Ipsius postea dni. Euangelistae aut narrantis. sed qd ita ab angelo
et a dno dictum sit. prophetice dictū accipiendum. ē. Galileam namq:
interpretatur. uel transmigratio. uel reuelatio. prius itaque
secūm transmigrationis significationē. quid aliud occurrit intelle
gendū. quid intellegatur p mysterium transmigratio patet.
praecedit uos in galileā ibi eum uidebitis. Nisi quia xpi gratia de po
pulo israel transmigratum erat ad gentes. Quib: apostoli praedi
cantes euangelium. nullomodo crederentur nisi ex ipsis dns
uiam in cor dib: hominū praeparauerat. Hoc intellegitur praecedit uos
in galileā. qd autē gaudentes mutarentur disruptis et uetustis dif
ficultatib; Aperuit sibi hostiū mundi dno p illuminationē fidelū.
Hoc intellegitur ibi eum uidebitis. Idest ibi membra eius inuenie
tis. ibi unum cor pusillus in his quos susceperit agnoscetis.
Secūm illud autē qd galilea interpretatur reuelatio. Non iam
in formam seruum intellegendum. ē. sed in illa in qua aequalis. ē.
patri. quam p misit apud iohannē dilectorib: suis cum dicerat.
Ego diligam eū et ostendam ei ipsum illi. Non utiq: secūm id qd iam
uidebant. et qd iam resurgens cum cicatricib: Nisi solum uidendū. sed et iam tangendum. post modū ostendit. sed secūm
illam ineffabilem lucem. quam luminat omnem hominem
uenientē in hunc mundum. secūm qua luce in tenebris. et
tenebrae eū non comprehendunt illuc nos praecessit.